

CENSVRARVM  
ET IRREGVLARITATVM  
CATALOGI,

Ex Vſitationibus Constitutionibus & Approbatissimis Authoribus desumptis;

*Tum Prælatiſ ſecularibus, & regularibus, omnibusq. Eccleſiaſticis utriuſq. ſexus, & præſertim Confeſſarijs, & Pœnitentibus,*

Tum laicis omnibus cuiuſcunq. ſtatus, conditionis, & dignitatis, apprimè vtilis, & pernecceſſarij.

AVCTORE

IVLIO CAESARE RAINERIO V. I. D.  
Presbytero oppidi Caſtriuillarum,  
Caſſanen. Diceceſis.

*Et in Sacroſancta Eccleſia Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe,  
animatorum curam exercente.*



BRACCIANI, Apud Andream Phœum. M DC XX

*Superiorum Permiſſu.*



Illustris<sup>o</sup> & Reuerendis<sup>o</sup> D.D.

PETRO CAMPOREO

S. R. E. CARDINALI

AMPLISSIMO.

*Julius Caesar Rainerius V. I. D. Presbyter  
Cassanen. veram, & perpe-  
tuam felicitatem.*



Ensurarum, & Irre-  
gularitatum noti-  
tiam, Cardinalis  
Amplissime, tum  
ecclesiasticis, tū  
maxime confes-  
sarijs necessariam

esse, Doctorum omnium sententiam  
constat; vsque eo, vt cui ex confessa-  
rijs, hæc penitus perspecta non sint,  
neque eidem sua, neque aliorum sa-  
lus cara in primis esse videatur. Qua  
propter iam inde a principio mei cle-

# BULLAE COENAE

facilis, & breuissima excom-  
municationum expli-  
catio.



Excommunicationes, quæ  
in iure reperiuntur, sunt  
vel summo Pontifici,  
vel episcopo, vel nemi-  
ni reseruata: sed quo-  
niam necessariū est, eas non  
ignorare confessarium,  
antequam ad singularū  
earum explicationem accedam, opere præ-  
titiū esse duxi, eas primo loco exponere, quæ  
habentur in cœnæ sanctiss. in Christo Patris  
D.D. Nostri Pauli Papæ V. anno 1619. Ete-  
nim hæ singulis annis fulminantur solemni-  
tate magna a Rom. Pontifice corā toto po-  
pulo, vt nemo ignoret earum absolutionem  
difficilius concedi a sede Apostolica, et vt cō-  
seruetur in vinculo charitatis sub Christo  
capite, eiusq; in Terris Vicario vnitas, & in-  
tegritas catholicæ fidei in omnibus fide-  
libus: Quare.

Notandum est 1. hanc bullam appellari  
processus generales, quasi sententias quas-  
dam contra quascumq. personas, quæ con-  
traueniunt mandatis Rom. Pon. contentis in

cis